REMIGIUS ALTISSIODORENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 120r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift





et curauit eos ibi. Cognitos galileorum non in
galilea sed in finibus alterius regionis idem iu
dee curauit quia salus que parabatur iude
is danda erat gentibus. Sanando turbas. il
lum se esse ostendit qui ait ad moysen. Ego
sum qui sano te. Et accesserunt ad eum phari
sei temptantes eum et dicentes. Si licet homini
dimittere uxorem suam quacumque ex cau
sa. Animaduertenda distinctio. Ecce
turbe accesserunt ut docerentur et sanarentur. pha
risei autem ut temptando deciperent. Nec mi
rum quia istos adduxit deuotio. illos uero inui
dia. Opposuerunt domino cornutum syllogis
mum ut quicquid responderet captioni pa
teret. Dicebant enim. Si dixerit licet. respon
debimus. iste predicator pudicitie contra
ria sibi docet. si autem dixerit non licet. reus sa
cri legis tenebitur et contrarius moysi. immo
et legi dei date per moysen. Sed ipse ut deus
eorum intentionem intelligens. ita temperauit
suam responsionem ut decipulam et dolos
eorum uelut fila dirumperet. Adduxit namque
sacrum scripturam in testimonium et naturalem
legem et primam legis sententiam opposuit
secundum legem que non est uoluntate dei data
sed necessitate peccantium concessa. Ait enim.
Non legistis quia qui fecit ab initio mas
culum et feminam fecit eos. Et dixit. Propter
hoc relinquet homo patrem et matrem et ad
herebit uxori sue. et erunt duo in carne
una. et concludit. iam non sunt duo sed una ca
ro. Quasi dicat. Non fecit deus unum mas
culum et plures feminas. nec dixit adhe
rebit uxoribus sed uxori tantum uni. quia no
luit fieri discidium et diuortium. Et quia

uir et mulier una caro efficitur non de
bet uir putare diuersum quod ex latere
uiri est factum. Quod ergo deus coniunxit
homo non separet. Deus coniunxit unam fa
ciendo carnem uiri ac femine. Ergo quod
deus coniunxit homo separat. quando amore
secundum coniugis pulcritudinis. ditioris. sa
pientioris. dimittit primam. Deus autem
quod coniunxit separat. quando inspiran
do facit ut coniuges dei amore sub uo
to continentie uiuant. ut secundum apostolum
qui habent uxores tamquam non habentes sint. Que
rendum quare dixit deum dixisse. propter
hoc relinquet homo patrem et matrem.
et cetera. cum hec uerba ade sint. Dei sunt et
ade. quia deo inspirante hec prophan
do dixit adam in christo et in ecclesia. Et quod ita
sit testatur apostolus. Misterium hoc mag
num est. ego autem dico in christo et in ecclesia.
Nam dominus christus quasi patrem deseruit cum de
celis descendit ad terras. deseruit et
matrem synagogam. sed propter infidelitatem.
et adherebat uxori sue sancte ecclesie et
sunt duo uno in corpore. quia christus caput
ecclesia est corpus. Ergo sicut nec christus ab ecclesia
nec ecclesia 10. diuidit a christo. ita nec
uir a muliere. nec mulier a
uiro separari debet. Dicunt illi. Quid ergo
moyses mandauit dare libellum
repudii et dimittere. Marcus dicit
dominum eos interrogasse quid esset scriptum
in lege et illos respondisse moyses
precepit dare libellum repudii. Nec
est contrarium. Nam Matheus uoluit os
tendere illorum intentionem fuisse